



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Certa baptismalis innocentiae indicia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Certa bap-
tismalis
innocentia
indicia.*

collata sibi à Deo beneficia, his verbis coniecit: *Fecit Christianum socium IESV, amicum, sponsam conseruauit sine peccato mortali.* Atque hæc caussa fuit, cur initio sui in Societatem ingressus, dum spiritualibus primùm exercitationibus coleretur, meditando de peccatis proprijs (quorum reputatione, aliorum obdurata pectora in pœnitentiam, ac dolorem & planctum, pudoremque molliri solent) ipse se aridum siccumque, & omnis expertem motionis sentiret; quod aliàs quoque semper, quoties de peccatis meditando cogitaret, euenisse sibi, scriptum in hæc verba reliquit: *In exercitio de peccatis in sæculo, totus fui siccus & aridus, & sine vllâ commotione.* Et dum iterum Romæ eadem exercitia obiisset, ita scribit: *Succesit sine vllâ prorsus cōmotione.* Cum denique tertium ac postremum sese ijs imbuisset, *Succesit, ait, sine vllō affectu, & in primo & secundo puncto, magnam passus sum desolationem.* Nempe, quod nihil admodum reperiret, cuius, vti diximus, admissi pœnitere, culpamque deplorare posset. Felicem profectò adolescentulum, qui diuino fauore gratiaque nixus, didicerit virtutum ædificium, firmo innocentia in Baptismo datæ fundamento imponere, idemque mox per eos, qui deinde viti sunt gradus, in tantam extruere altitudinem perfectionis! Institutâ, quam diximus,

ximus, confessione, sacram Eucharistiam *Prima Cō-*
 sumpsit è manibus eiusdem Religiosi sui Mo- *municō quā-*
 deratoris, qui Ioannem in eā sanctissimi epu- *tā ab eo cu-*
 li sumptione affirmat adhibuisse interiorem *rā sensuq;*
 quamdam animi collectionem, externam- *pietatis*
 que compositionem planè singularem, atque *obita.*
 etiam spirasse quid nescio maius augustius- *Conseutu-*
 que humano. Et iam inde cœpit continenter *do frequen-*
 expiare sese octonis quibusque diebus; quin- *tius confi-*
 denis autem, festisque Christi ac Virginis *tendi &*
 Matris, animum præterea cælesti pabulo re- *communi-*
 creare. Illud etiam constanter tenebat, vt *candi.*
 quoties Communione reficeret sese, prius Su- *Conseutu-*
 periozem suum culparum veniam oraret, *do frequen-*
 quotidieque temporis aliquid impenderet *tius confi-*
 confessioni proximè instituendæ. Enitebat in *tendi &*
 puerili illâ ætate senilis quædam maturitas *communi-*
 actionum, puero ferè immatura: tantaque *candi.*
 erat sermonis parcitas, vt non nisi interroga- *Maturitas*
 tus responderet, ac tum quoque præfinitò. *puero ferè*
 Præbitione dramaticâ, quâ Susannæ castitas *immatura.*
 edebatur, Ioannes Daniele venustissimâ *Personas*
 concinnitate gessit; aliasque sæpè magno *geredi gra-*
 Auditorum plausu atque admiratione reci- *tia in Dra-*
 tavit. Pacem colebat tam sanctè, vt num- *mate.*
 quam cum aliquo contendere sit auditus: si *Amator*
 verò quâ in domo (vt solet leuior pluma *pacis.*
 apud pueros esse gratia) sodales suos audisset *pacis.*
 cum aliquo rixam simultatémve suscepisse,